CLEMENS PP. VII.

Charissima in chro filia nra Salut et aplicam ben. Dudum postqz fel. rec. Leo pp. x. predecessor nr tunc Episcopo premislien eius proprio nomine non expresso duo in Gueznen et duo in Cracouien ac etiam duo in Poznanien Necnon etiam unum in Wladislauien et unum in Warmien ecclesijs ac in Gueznen Cracouien Poznanien Wladislauien & Warmien Ciuitatibus consistentia beneficia ecclesiastica etiam si certis tunc expressis modis qualificata et dispoñi aplicæ preterqz ex personis tunc expressis et ratione illorum uacationis apud sedem aplicam generalr reseruata forent, pro octo per te nominandis personis reseruandi et de illis dictis personis prouidendi per quasdam facultates concesserat, Et tu ad canonicatum et preben seu dignitatem, personatum, administrationem uel officium dictæ ecclesie Cracouien tunc primo uacaturos dilectum filium Joannem Gorski tunc Epi Cracouien quo ad eius menses ordinarios ad id accedente consensu nominaueras et idem predecessor uoluerat, qd tam dictus Joannes nominatus, qz alie persone tunc nominande hmoi omnibus alijs personis ecclesiasticis quascunqz gras et prerogatiuas prosequentes anteferri deberet, Ac successiue ex certis causis nominationem de persona Joannis factam hmoi per alias suas lras cassauerat, & annullauerat, Tibiqz aliam personam ad primo uacaturos canonicatum, & preben ac dignitatem ecclesia Cracouien hmoi facultatem inter alia concesserat, per nos accepto qd predictæ facultates et litere predictæ, seu earum aliquę propter certas predicti et pię memorie Adriani pp vi, predecessorum nrorum constitutiones in cancellaria aplica diuersis temporibus publicatas fuerant et erant reuocatæ et ab aliquibus asserebatur, eas etiam in principio concessionis minime ualuisse, seu successu temporis per earum consumptioné, uel alijs ex causis uiribus uacatas fuisse, Nos motu simili et ex certa scientia nra lras et facultates nominandi et conferendi tibi, et dicto epo premislien respectiue concessas cum illarum extensionibus et ampliationibus ac omnibus et singulis in eis contentis declarationibus, decretis, & clausulis etiam nominationem de persona dicti Joannis Gorski ad primo uacaturos Canonicatum et preben predictæ eccliæ Cracouien per te factam seu faciendam etiam in mensibus ordinarijs de ipsius Joannis Episcopi Cracouien consensu etiam predicto iuxta tenorem primo dictarum lrarum Leonis predecessoris tibi cum eius nominationibus per te pretextu dictarum lrarum simulr factis, uel de nouo faciendis, Et processus, siqui per eundem tunc epm premislien decreti fuissent, ualerent, ats denuo per tunc epm Poznanien decernendos et alijs inde secutis, per alias nras in forma breuis reualidauimus, approbauimus, et confirmauimus, Ipsasqz facultates etiam si illarum aliquę per assecutionem beneficiorum sub illis comprehensor, uel ats consumpte fuissent, innouauimus, et tibi denuo etiam si ille aut earum aliquę propter aliarum similium, uel dissimilium plus uel minus continentium lrarum tibi per eundem Leonem predecessorem forsan factarum concessionem aut ats inualidę ab earum principio reperirentur, uel consumpta forent, ut prefertur, potiori pro cautela concessimus, prout in eisdem lris plenius continetur, Cum aut sicut nobis nuper exponi fecisti dictus Joannes Gorski per te ut prefertur, nominatus, postmodum nominationi de eo factæ hmoi cesserit, Et postqz tu in eius locum dilectum filium Joannem andream clicum phisicum tuum nominaueras, Ac idem Joannes andreas nominationi de eo factę nulla illius facta acceptatione similr cesserat, Cum tu in locum eiusdem Joannis Andreę Venlem fratrem Joannem epm Culmen tunc in minoribus constitutum nominasses Idem Joannes Eps Canonicatum et preben eccliæ Cracouien hmoi, qui postmodum uacarunt, acceptare postposuerit et deinum eccliæ Culmen in epm aplica auctoritate prefectus nimius consecrationi susceperit, Sicqz nominatio de eo facta expirauerit, seu ats non tenuerit, aut ats consumpta fuerit, et Venlis frater Petrus Epus Cracouien, qui tempore concessionis lrarum nrarum hmoi Posnanien Epus erat, et processus super eisdem lris decreuit ad dictam eccliam Cracouien translatus, et illi in epm prefectus fuerit, ac propterea desideres dictæ facultatis uigore loco ipsius Joannis Epi alium quencunqz malueris eidem Petro Epo nunc Cracouien nominare posse, et nominationem de alio loco dicti Joannis episcopi per te faciendam in omnibus et per omnia ualere, ac si nominatio de dicto Joanne Epo facta non de eo, sed de persona per te nominanda hmoi tunc facta fuisset. Nos iustis desiderijs tuis quantum cum Deo possumus satisfacere cupientes Serenitati tuę, pro qua etiam Charissimus in chro filius nr Sigismúdus Rex poloniæ coniux tuus etiam humilr supplicauit, loco dicti Joannis episcopi quencunqz malueris ad uacaturos Canonicatum et prebendam dictæ eccliæ Cracouien Prefato Petro Epo Cracouien nominandi, ipsiqz Petro Epo Cracouien Canonicatum et preben primo uacaturos, si in mensibus nris libere, si uero in mensibus suis uacauerint eo uolente eidem personę per te nominandę conferendi auctoritate aplica tenore psntium licentiam et facultatem concedimus, ac nominationem de persona, quam malueris, per te faciendam hmoi illum eundem effectum sortiri debere, quę nominatio de dicto Joane Epo facta sortiri debuisset, si illam legitime prosecutus, nec in epm prefectus fuisset, ac omnibus illis, quibus ipe Joannes Eps preferri debuisset, eam personam, quam duxeris nominandam preferri debere in omnibus et per omnia, perinde ac si ille quem malueris tunc et non prefatus Eps Culmen ad primo uacaturos Canonicatum, & preben eccliæ Cracouien hmoi eidem Petro Epo Cracouien nominatus fuisset. Sicqz per quoscunqz Judices et S. R. E. Carles, & Causarum palatij aplici auditores Sublata eis, & eorum cuilibet quauis alr iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, ac quicquid secus sup his a quoqz quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attentari irritum et inane decernimus. Dat Rome apud sanctum Petrum Sub Annulo piscatoris die v. May. M D XXXI. Ponts nri Anno octauo.

Euangelista

nanckak

Charissimae in chro filiae Bone Poloniae
Regine Ill.ri

Clemens VII.

An 1531

18

1531